Universitätsbibliothek Paderborn

Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv Doctoribvs Reseratvs

Escobar y Mendoza, Antonio de

Lvgdvni, 1659

IV. Causæ excusantes à Restitutione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

Visual Library

34. *Inter debita ex delicto & contractus eſt ne vllus ordo?* Probabiliter aſſero cum *Filliucio*, & aliis nullum ordinem eſſe. *Habet ne pauper ius prælationis?* Minimè, niſi vel in extrema, vel ſaltem graui in neceſſitate conſtituatur.

CAPVT IV.

Cauſas excuſantes à reſtitutione recenſeo.

35. QVænam *cauſæ excuſantes à reſtituendi obligatione?* Multas ſubiiciam. Prima ſit ex parte rei alienæ. Secunda ex parte debitoris. Tertia ex parte publicæ poteſtatis.

36. *Quomodo quis ex parte rei alienæ excuſatur?* Si res amittatur abſque culpa debitoris. Si per tertium fiat reſtitutio, & hic pro ſe retineat, non tenetur debitor.

37. *Quonammodo autem ex parte debitoris?* excuſat ignorantia facti,& iuris,ſi probabilis ſit. In dubio,an ſit aliena, poſt diligentiam retineri poteſt. Inopia excuſat, dum ea durat. Item impotentia, & neceſſitas grauis. *Quid in pari creditoris neceſſitate?* Minimè preſſus graui neceſſitate excuſaretur. Damnum animæ etiam præferendum reſtitutioni. Et detrimentum in rebus propriis non debitis. Notabilis item iactura decentiæ ſtatus. Compenſatio etiam excuſat,vt ſi ſolutio fiat creditori. Ceſſio in foro externo excuſat:in conſcientia minimè, niſi ex adiuncta neceſſitate; quod ſi ad pinguiorem fortunam venerit, tenebitur. *Valet ne profeſſio debitoris?* De iure communi valet,ſecus de iure particulari Sixti V. Remiſſio libera creditoris etiam excuſat.

38. *Quonammodo denique ex parte publicæ poteſtatis quis ab obligatione reſtituendi abſoluitur?* Excuſatur iuris auctoritate, vt in præſcriptione, & iudiciis.

CAPVT V.

De Reſtitutione in particulari.

39. AD *quidnam tenetur, qui proximum in bonis ſpiritualibus læſit? Qui fraude ad peccandum induxit?* Retrahat à peccato,fraudem auferendo. *Prælatus ſubditum ad culpam impellens?* Ex iuſtitia curare debet emendationem. *Qui ſine fraude induxit ad culpam?* Ad nihil ex iuſtitia tenetur.

§. 1. *Læſio in bonis ſpiritualibus.*